

HADRIANUS

CARMINA (26 vers)

H1	v.1	Ego nolo Florus esse,
	2	ambulare per tabernas,
	3	latitare per popinas,
	4	culices pati rotundos.
H2	v.1	Lascivus versu, mente pudicus eras.
H3	v.1	Animula vagula blandula,
	2	hospes comesque corporis,
	3	quae nunc abibis in loca,
	4	pallidula, rigida, nudula,
	5	nec ut soles dabis jocos ?
H4	v.1	Borysthenes Alanus,
	2	Caesareus veredus,
	3	per aequor et paludes
	4	et tumulos Etruscos
	5	volare qui solebat,
	6	Pannonicos nec ullus
	7	apros eum insequentem
	8	dente aper albicanti
	9	ausus fuit nocere :
	10	sparsit ab ore caudam
	11	vel extimam saliva,
	12	ut solet evenire.
	13	Sed integer juvena
	14	inviolatus artus
	15	die sua peremptus
	16	hic situs est in agro.